 Πλεῦτον δὲ τὸν Φέυγοντα δαμιλεῖ χερὶ<sup>1</sup>  
 Σπείραις πένησιν, ἀσφαλὲς μένων θέρος.  
 Ἐν ὕδαστοις γαὶς τὸ σπαρεὸν θησαυρεῖς.  
 (Χειρῶ δὲ ἐποιο τῷ σοφῷ θεῷ λόγῳ.)

325.

Ω τρισμακάριος, ω τρισόλβιος σύ γε,  
 Πολλοῖς γέρεσσι καὶ νέοις αἵνις Φα-  
 νεῖς.

Λάμπει

310.

Quid restat igitur ? e catholicis epistolis  
Quidam septem dicunt, alii uero tres solas  
Debere recipi, Iacobi unam,  
Vnam Petri, Ioannis unam.  
Quidam uero tres, et praeter illas, duas

315.

Petri recipiunt, et Iudee septimam.  
Apocalypsin autem Ioannis rursus  
Quidam approbant, plurimi autem  
Spuriam esse dicunt. Hic uerissimus  
Canon est inspiratarum scripturarum,

320.

Quibus si obtemperaueris, effugies mundi  
laqueos,  
Vanitatem autem spei proiicies humi.  
Divitias uero fluxas larga manu  
Seres pauperibus, tutam expectans messem.  
In coelis enim satum instar thesauri reponis.  
(Christum uero sequere sapiens illud DEI uer-  
bum )

325.

O ter beatus terque tu felicissimus !  
Multis senibus et iuuenibus (ut) stella splen-  
dens.

D

Lucet

Λάμπει γὰρ ἀέρων μᾶλλον ἐυσεβὴς Βίος.  
Καὶ σε περιφῆτῶν, μαρτύρων, ἀποσό-  
λων  
Χορὸς περιεδρᾶς, ὡσπερ οἰκεῖον μέλος,

330.

Στέψει προπέμπων ἐπινίκιον ιρότον.  
Τρυγῶν δὲ ἀπαυξουν δόξαν, ἥσθιση  
τότε  
Μέσος χορεύων ἀγγέλων σεΦιφό-  
ρος.

333.

Ἐρρώσο, καὶ μέμνισο τῶν γεγραμμένων.

Τὴν σεμνότιτος ἀγνείας τ' αἰγιήσεως  
Ἐμψυχον εἰκονα, πίστεώς τε σΦραγίδα,  
Ολυμπιάδα πρόσειπε τὴν θείαν. (τείν.)

Ἡνέθέλισθα Σέλευκε μαθεῖν τὸν ἀριθμὸν  
ιάμβων,

Τρεῖς ἑκατοντάδας ἵσθι, τόσας δεκάδας,  
μονάδας τρεῖς.

Αἱς γὰρ σε, τέκος, τριάδος Φίλου ἔυχομοι  
εἴγονται.

Lucet

Lucet enim stellis magis pia uita,  
Et te prophetarum, martyrum, et apostolo-  
rum  
Chorus cingens, ueluti suum membrum,

330.

Coronabit, prosequens uictri ci plausu,  
Carpens autem sempiternam gloriam, gaudes-  
bis tunc,  
Mediusque chorus duces inter angelos coro-  
nam gestans.

333.

Vale, et memor sis horum scriptorum.

Grauitatis, castitatis, et industriae  
Imaginem uiuam, et fidei sigillum,  
Olympiadem saluta, materteram tuam.

Si cupis, SELEVCE, scire numerum iam-  
borum,  
Tres centurias esse scito, totidem decades,  
unitates tres.

Semper te, fili, Trinitatis amicum opto  
esse.

D 2

IACOBI



IACOBI BILLII (IACOBVS DE BILLY,  
doctissimus S. Michaelis in Eremo Ab-  
bas, mortuus a. MDLXXXI. Parisiis,  
annos XXXXVIII natus,) PRVNAEI Notae  
in AMPHILOCHII Epistolam ad SELEV  
CVM, quas alleuit GREGORII theologi  
Iambico III.

### ARGUMENTVM.

**E**T si hoc carmen AMPHILOCHIO Iconii  
Episcopo tribuitur, ipsa tamen phrasis  
GREGORII cothurnum plane resipit: ut  
etiam in Graeco codice quidam uerbis Grae-  
cis annotauit. Nam quod aliorum nomine  
ad quosdam scribat, nemini mirum id uideri  
debet, cum in heroicis carminibus id aliquo-  
ties usurparit. In hac porro epistola SELEV  
CVM, probae indolis iuuensem, primo admo-  
net, ut DEI metum atque amorem in animo  
infixum habeat, ac morum probitati, quae  
iuanibus aequa ac senibus multo maiori,  
quam opes ullae, ornamento est, obnoxio  
animo studeat. Deinde ut animum bonis ar-  
tibus et disciplinis expolire curet, omnis ge-  
neris scriptores euoluendo; sic tamen, ut se-  
lectis iis et decerptis, quae aliquam ei utili-  
tatem

tatem allatura sint, ea fugiat, quae cum detrimento et pernicie coniuncta sunt. Maxime autem illud praecipit, ut improborum societatem et consuetudinem fugiat. Tum uero, ut theatra, et pugnas eas, quae cum feris ineuntur, et ludos equestres, tanquam pestiferos et exitiosos, detestetur, eundem monet. Demum ei auctor est, ut, postquam externis disciplinis, quantum sat sit ~~at~~ temporis dederit, iam ad sacrarum litterarum studium totum se conferat: cumque in eis magnos profectus fecerit, non propterea insolenter se efferat, sed cum Mose animi submissionem colat. Ad extremum, ne ille nothos et adulterinos libros pro ueris et genuinis sumens, in fraudem incidat, qui libri pro germanis et canonicis habendi sint, ostendit.

u. 34. *Bonisque disciplinis expoli*, συηχε. Quo uocabulo hoc significat, humanum animum uelut rubiginem quandam in ortu contraxisse, quae postea bonis artibus et disciplinis eximenda sit. Huius uerbi uim non satis expressit LEVNC. cum uertit: *Diligenter optimis disciplinis incubito.*

u. 74. *Obtegant labes suas.* Malis suis caliginem offundant, eorumque conspectum eripiant. In Card. SIRLETI libro uitiose legitur ἐπισκοπεῖν; quemadmodum etiam ali-

quanto post u. 84. τέκνον ἔχοσι, pro τέχνην  
ἔχοσι. et u. 92. συγνατακλῶνες; pro  
συγνατακλῶντες.

u. 98. *Aenigma luxus, ac gryphus libidinum.* Hoc dicit ob impuros istos et pe-  
tulantes scurras, qui, cum uirilem formam  
gerant, de industria tamen seipso effoemi-  
nant.

u. 103. *Quibus ampla.* Pro γέμουσιν,  
lego νέμουσιν ut etiam paulo post u. 108. pro  
ἀτομίας repono uerbum ἀνομίας. nam alio-  
qui, ut in unica duntaxat littera mutatio con-  
sisteret, ἀτοπίας legendum putarem.

u. 113. *Oculos ut ipse uirgines.* οὐρας  
παρθένες. Ad illud alludere uidetur, quod  
orator quidam, ut est apud PLVTARCHVM, de  
homine insigniter impudenti dicebat, eum  
non οὐρας, sed πόρνας in oculis habere.  
Ambiguum quippe nomen est οὐρη, nam et  
uirginem significat, et pupillam oculi.

u. 124. *Ac si ferarum.* In Graeco non  
post Φύη, ut in eo libro, quo usus sum,  
sed post Θῆςας interpungendum est, legen-  
dumque ζενύσιν, non ζενθσιν. In uersu se-  
quenti παιχθέντες, non πεχθέντες. Le-  
uncl. interpunctionis uitium non agnoscens,  
Θῆςας cum ζένύσιν iungit, uertitque ferarum  
causa ingemiscunt.

u. 149.

u. 149. *Sepulchra cursu concita.* Per sepulchra feras illas intelligit, quae miseris illos in uentrem condiderunt, iisque tumuli loco sunt. Id quod si Germanus interpres animaduertisset, non ante hanc uocem *currentia*, de suo, *quasi*, addidisset.

u. 210. *Confusa nec enim.* Ad uerbum. Copulatur enim Trinitas absque confusione, quemadmodum unitas sine ulla sectione disiungitur.

u. 225. *Pastoris inopem.* Θῆσσα τροπεζα, idem est, quod μισθωτή, mercenaria.

Monades tres. Quatuor tamen, nisi fallor, numerauit.





FRANCISCI COMBEFISII Notae in Epistolam AMPHILOCHII ad SELEV CVM.

(Edidit, quae sub AMPHILOCHII nomine exstant, una cum METHODII Patrensis et ANDREAE Cretensis Scriptionibus gr. et lat. COMBEFISIUS Paris.

M D C X X X I I I . fol.) \*

**I**nclinat BILLIVS ut carmen hoc non tam AMPHILOCHII sit, quam GREGORII NAZIAN ZENI, AMPHILOCHII nomine, uelut eius cothurnum plane sapiat: quae fuit coniectura antiquarii, quo est usus, his uerbis: *καὶ τὰ τα δοκεῖ μοι τὰ Θεολόγια τυχάνειν Φρενὸς, ως παρὰ Ἀμφιλοχίᾳ γραφέντα: uidentur* *¶ Theologi mente profecta, tanquam sub AMPHI LOCHII nomine scripta:* nimirum, qua ratione idem ad NICOBVLVM ex NICOBVLI filii persona scribit, addita ad eundem responsione: et alia quaedam ad VITALIANVM parentem ἀξοργον.

Sunt

\* Natus FRANC. COMBEFISIUS Marmandae in Vasconia a. MDCV. obiit diem supremum Lutetiae a. MDCLXXVIII. Dominicanus, graece doctissimus, non ita latine, de gracia Patribus insigniter promeritus.

Sunt nihilo minus haec leuiora, quam ut fidem codicum, uendicantium AMPHILOCHIO nostro, eleuent. Primum enim minus quadrant hic posita de libris canonicis cum iis, quae habet Theologus, carmine de iisdem p. 98. edit. Parisiensis, ubi absolute pronunciat de Pauli Epistolis, et septem Catholicis, nulla mentione libri Esther aut Apocalypsis. Tum quia uidentur hi iambi non ita accedere ad cothurnum Gregorianum, potiusque referre facilem AMPHILOCHII uenam, ac non-nihil licentius decurrere, et stilo orationi solutae propinquiori: quem non male expressit interpres quo sumus usi. Item, quid ueritat, ut Theologo aequalis, isque ipse omnscientiarum genere excultus, ac plane uir ἐλλογιμωτατος, etiam metro SELEV CVM instituerit, ad quem prosa semel et iterum scripsisse, dogmatica probant quae eius producimus fragmenta. Nec est simile in aliis allatis, in quibus statim palam est assumta persona. Etiam BALSAMON habet ut AMPHILOCHII p. 1080. edit. Paris. passimque DAMASCENVS elementis Eminent. R VPI FVCALDII. Isque nobis genuinus auctor fuerit. Fuit porro SELEV CVS iste nobilis adolescens, quem in aliis dictum habemus, Τραϊανὸς ερατηλάτης ἔγγονος, filium Traiani ducis militum,

D 5

seu

## 52 FRANCISCI COMBEFISII

seu *praetoris*: eoque non immerito, ἐν γενεᾷς  
πίλης καλάδον, ut u. 2. etiam referendo pro-  
ximos parentes, et non tantum antiquum  
illud Seleucidarum regium nomen, quo suam  
tandem SELEVCVS noster uidetur referre ori-  
ginem: etsi non perinde certum habeam.  
Liberiores interpretis commentarios, paucu-  
lis assumtis, seu etiam a nobis allatis, ne  
prolixitate, quam perspicuitas litterae non re-  
quirat, sine taedio castigabimus.

u. 2. *Ramum Seleucum.* Trata meta-  
phora, etiam sacris scriptoribus, et scripturae  
sacrae, Apocal. XXII. 16. οὐ πίλη ναι γένος  
Δαβὶδ. Nonnulla uero rami gloria, radicis  
ingenuitas, de quo AMBROSIVS in I. Lucae:  
quanquam uix aliqua, nisi et ipse ramus auitae  
illi ingenuitati respondeat:

*Nam genus et prouos et quae non fecimus  
ipsi,  
Vix ea nostra puto.*

OVID. I. XIII. Metam. 140. Vnde HIERONY-  
MVS ad DEMETRIADEM irridet rhetores,  
*Quorum disciplina sit, ab auis atque atauis,*  
et omni retro nobilitate ornare, quem laudent:  
*ut ramorum sterilitatem, radix foecunda com-*  
*penset; et quod in fructu non teneas, mireris*  
*in truncu.*

u. 3.

u. 3. *Gaudere.* In Graeco ἀνθανάδαις, seu potius αὐαρόει elegantior: Χαίσειν δὲ ναύτος, nam τὸ Χαίσειν utrumque et saluere et ualere et laetari significat: quam uerbi amplitudinem uix satis possumus exprimere. Est ergo uelut dicat: *Et ego auere, et felicem laetari uita tua cupio, etc.* Interpres GREGORII non exprimit τὸ μέγα Φεονεῖν liberori sua paraphrasi, ob quam, etsi elegantior, minus placuit. Fuerit ergo: *Meque doctrina et moribus tuis magnifice efferrī uelim: seu, iis gloriari.*

u. 14. *Hi proprie sunt nostri.* Nempe thesauri et diuitiae. LVCILIVS apud SENECAM epistola VIII.

*Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.*

u. 15. *Fallunt.* παιζει πλανῶντα. Quasi illusione illudunt, hoc est, illusione et decipiendo, in illum morbum et auaritiam coniiciunt, coniectisque fucum faciunt.

u. 33. *Has ergo germanas.* γυνήσιον πλάστον. Sunt in eam sententiam BIANTIS apud DIOGENEM LAERTIVM, et CICERONEM parodoxo I apophthegmata. In quam etiam IOANNES CHRYSOSTOMVS cum aliis locis, tum I. Tim. IV. homilia 11.

u. 34. *Orna artibus.* Nempe, te ipsum; seu

seu, animum tuum. BILLIVS : *Bonisque discipulis expoli*: ut significetur humanus animus, cui quadam rubigine ab ortu contracta, sordidus, iis depurgandus et exornandus. Affinia docet BASILIVS MAGNVS oratione ad iuuenes, quomodo possint proficere ex libris gentilium. GREGORIVS, carmine ad CHRISTVM, post silentium, etc.

u. 48. *Nam mens celer, ωκύπτερος γέγ.* Ratio promtae fugae, deprehenso uitio; celeritas animi, seu perniciies, tum ut auulet, si uelit; tum, ut si negligat, uelut affectu conuolet, et addicatur, ac consuetudinis glutine detinente, congenitae celeritatis pennas, depresso arbitrio grauiusque laeso, faciat inutiles.

u. 68. *Tanquam pecudes languidae, βοσκήματα.* Oves maxime, de quibus COLV MELLA l. VII. c. 5. HIERONYMVS etiam l. III. Comment. in epistolam ad Gal. Iuxta uulgare prouerbium: *Vnius pecudis scabies totum commaculat gregem, παρατείβομενοι*, se se affricantes: optime exprimit, sic enim scabies in ouibus serpit; cuius affricatio haec, pruritu sollicitante, primum indicium.

u. 78. *Cantus theatrorum.* Vix fuerit aliud quod Patres seuerius perstringant, ut uere minus Christianum est, desidere in thea-

theatris, et plenum periculo, quod ipse SENeca reprehendit Epistola VII. Videndum TULLIANVS libro de Spectaculis. CHRYSOSTOMVS, praesertim homilia de Davide, ipsius exordio, quod idem affixum est encomio Abrahamae, quod habent regii plures codices, sed stilo dispari a dicto exordio et capite. Dabimus forte, cum aliis qua γυνσίοις qua ἐπιγενέσιοις Chrysostomi nondum editis, aut altera tantum lingua, modo DEVS proposito coeptisque adspirauerit. Potest etiam uideri LACTANTIVS lib. VI. c. 20.

u. 92. *Flexuque membrorum, μελῶν λογισμοῖς.* Sic etiam fere BILLIVS; uidetur tamen minus aptum, erit potius τὸ μελῶν, referendum ad illud ultimum Φύσιν. *Velut, mentis proposito, malis cogitationibus,* distorquentes naturam membrorum, seu conuententes in sequiorem usum et innaturalem; quemadmodum ad Rom. I. 26. Paulus queritur.

u. 113. *Et pupulum ne pollue, κόρας παρθένος.* Fortassis allusione ad falsum illud DIOGENIS apud LAERTIVM lib. VI. qui Didymoni moecho, puellae cuiusdam oculos curanti, dicebat: ὅγα μὴ τὸν ὄφελμὸν τῆς παρ-

παρθένοις ιατζεύων, τὴν κόρην φθείγεις, pupulum seu puellam corrumpas: uoce ad utrumque ambigua. Vel potius respicit uerba dominica: *Qui uiderit mulierem ad concupiscentum eam, iam etc. Matth. V. 28.* Vix certe occurrerint in AMPHILOCHIO nostro aliae, quam sacrae allusiones; quanquam HIERONYMVS etiam secularem scientiam in eo miratus sit epistola ad MAGNUM. Affert BILIVS aliud scitum ex PLVTARCHO, quo respicere potuit. Plura ZEHNERVS de his omnibus spectaculis et ludis, malisque inde orientibus, nec lectu indigna, quae non exscribimus.

u. 162. *Praestigiatores.* Extat lex ult. Cod. de maleficiis et Mathematicis, qua VALENTINIANVS, THEODOSIVS, et ARCADIVS in id genus hominum, qui inter agitandum diabolicis praestigiis uterentur, poena capititis animaduertendum statuissent. Cogebat in haec praeципitia, gloriae sacra fames, et quod agitatione uictores uulgi plausu exciperentur, aliasque consequerentur honoris praerogatiwas, publicis interdum marmoribus incisis praeconis, quorum exemplar habet GVIELMVS PHILANDER in noua VITRVVII edit. I. V. c. 3. ac etiam statuis nonnunquam positis; ut uide-

uidetur colligi ex LVCIANO in *Nigrino*, ubi  
is, theatris et Circo, τὰς τῶν ἀμαρτηλα-  
τῶν εἰνόνας, *agitatorum imagines*, coniunxit.

u. 199. *Hoc arduum, λεπτὸν, subtile*,  
ut melius BILLIVS. Quod uero additur, ἐνσε-  
βὲς μυζήγιον, non refert illud I. Tim. III.  
16. *Magnum manifeste pietatis sacramentum*:  
cum ibi περὶ οἰκουμένας sit sermo: hic autem  
περὶ Θεολογίας, ibi agatur de incarnatione,  
hic de Trinitate, quae et ipsa ἐνσεβὲς μυζή-  
γιον: uelut uera pietate colendum creden-  
dumque. Vnde minus apte locus ille fuerat  
margini adscriptus. Porro ostendunt tum  
hic posita, tum ex regio codice, ad BASILLI  
*catechesin* addita, fragmentum ex epistola ad  
SELEVCM, quod damus ex iisdem Christia-  
nissimi cemeliis, quam fuerit auctor accura-  
tus in Theologia.

u. 206. *Personarum miscet hypostases*,  
προσώπων συγχέων ὑπόσασιν. Potius, hy-  
postasis, seu substantiam. Erat enim ille SA  
BELLII error, ut essent πρόσωπα et personae  
sine re; una autem hypostasis et subsistentia.  
Qua etiam ratione quondam Graecis suspe-  
ctum fuit τὸ πρόσωπον, et persona, donec  
explicato, quid Latini ea uoce intelligerent,  
agente

agente ATHANASIO , pax firmata est. Non male  
BILLIVS : Personam in unam contrahens : etc.

u. 225. *Mensamque seruilem*, θῆσσαν,  
uelut mercenariam: a θησ, quod est famulus,  
mercede seruiens: in quam uocem plura STE  
PHANVS in appendice. (v. EVRIP. *Alcestidis*  
prologo.)

u. 254. *Falso nominati libri*. Plura hae-  
retici iam olim supposuerunt , quo bellis in-  
scriptionibus fucum legentibus facerent: in  
quos ipse AMPHILOCHIVS egregie pronunciat,  
relatus in VII Synodo: pluribus etiam LEON  
TIVS NEAPOLEOS Cypri Episcopus orat. in me-  
diam Pentecosten , quam ex Regio codice  
daturi sumus.

u. 261. *Diuinitus inspiratos*. Sunt etiam  
alii de quibus uidendus CANVS noster lib. II.  
de locis Theologicis , aliique in prooemiis  
biblicis.

u. 282. *Et Angelum binominem Malachiam*.  
Alludit ad nomen Angeli , quod soli LXX  
reddiderunt , teste HIERONYMO , retinentibus  
aliis nomen proprium , ubi in Hebraeo est  
**מלאכי** , *Malach.* I. 1. in quo nihil auctor  
fauet ORIGENI , aliisque uolentibus , uerum  
Ange-

Angelum Malachiam in carne assumpta, de  
qua re CORNELIUS A LAPIDE etc.

u. 297. *Qui cuncta Apostolorum gesta.  
τὴν τῶν ἀπόστολῶν πρᾶξην.* Potius. *Qui  
universim ab Apostolis gesta:* uelut in commu-  
ni et communiter, cum nimis accepto  
Spiritu sancto coeperunt Hierosolymis praedi-  
cationi insistere. Postmodum enim digredi-  
tur ad sola fere gesta PAVLLI: nec nisi ad bien-  
nium eiusdem commorantis Romae peruenit.  
Minus etiam exprimit BILLIVS, *Apostolorum  
gesta qui fuse canit.* Haec nobis satis,  
qui ueterum dare maluimus,  
quam nostra.

CVNRADI nostri RITTERSHVSII notas, AMPHILOCHII  
ad SELEVCM epistolam, pro iunioribus, illustrantes.  
b. D. I. A. FABRICIO non uisa. edidit NICOLAVS  
RITTERSHVSIVS Altorphii A. MDCXXXVIII  
in Octavo p. 109.



E

Γενυογία

ΤΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

περὶ τῶν γυνισίων βιβλίων

τῆς θεοπνεύστης

γραφῆς

**Θ**εῖοις ἐν λογίοισιν αἱτί γλώσσῃ τε νόῳ

τε

εξωφάσσε'. ὁ γὰρ ἔδωκε Θεὸς, καμάτων  
τόδ' αἰθλον,

καὶ τι κρυπτὸν ἴδειν ὅλιγον Φάος, ἢ, τὸ δ'  
ἀρίστου,

υπτεσθαι καθαροῦ θεῷ μεγάλησιν ἐφε-  
μᾶς,

ἢ τρίταν χθονίων ἀπάγει Φρένα ταῖςδε  
μερίμναις.

"Οφρα δὲ μὴ ξείνησι νόον κλέπτοιο  
βίβλοισι"

(πολλαὶ γὰρ τελέθουσι παρέγγυρα πτοι κα-  
κότιτος.)

δέχνυσθαι τοῦτον ἐμεῖο τὸν ἔγκριτον, ὡς Φίλ',  
αἴρειθμόν.

Ἴσοςικαι

GREGORII NAZIANZENI (a)

Carmen XXXIII (b)  
de genuinis (c) diuinarum Scripturarum  
libris.

*Conuersio latina*

D. IO. BALT. BERNHOLDI  
*additis Scholias.*

O Raclis lingua in sanctis (d) ac mente (e)  
frequenter  
uersare : ecce DEVS statuit pretium ipse la-  
bore:  
arcanae ut uideas lucis paullum , aut , quod  
amarim ,  
compungare DEI mandatis pectore ma-  
gnis ,  
aut mente eiicias terrenas denique cu-  
ras.

Neue peregrini fallant tua sensa li-  
belli ,  
multi etenim inscripti sunt falso nomine  
libri ,  
accipe legitimum numerum , quem computo  
AMICE.

Ίσος μὲν ἔστι βίβλοι δυοκαίδεκα  
πᾶσαι τῆς αρχαιοτέρης ἐβραϊκῆς σοφίας  
πρωτίῃ Γένεσις εἰτ' ἔξοδος, Λευιτικόν  
τε

ἐπειτ' Αριθμόι· εἰτα Δεύτερος νόμος.  
ἐπειτ' Ιησοῦς, καὶ Κριταί· Ρόνθ ὄγδοη.  
ἡ δὲ ἐνάτηδεκάτη τε βίβλοι, πρώτης Βασι-  
λίων,  
καὶ Παραλειπόμεναι ἐσχάτου Εσδραν  
ἔχεις.

Αἱ δὲ ξιχνισταὶ πέντε· ὡν πρώτος γ' Ιωβ  
ἐπειτα Δαυΐδ. εἰτα τρεῖς Σολομώντειοι·  
εὐκλησιαῖς, ἀσμα, καὶ παροιμίαι.  
Καὶ πένθ ὁμοίως πνεύματος προφητικῶν  
μίαν μὲν εἶσιν ἐς γεαφὸν οἱ δώδεκα·  
Ωσιὴ, καὶ Ἀμὼς, καὶ Μιχαήλ ὁ τρί-  
τος,

ἐπειτ' Ιωήλ, εἴτ' Ιωνᾶς, Αβδίας,  
Ναοῦμ τε, Αββαῖούμ τε, καὶ Σοφο-  
νίας,  
Ἀγγεῖος, εἴτα Ζαχαρίας, Μαλα-  
κίας.

Mīde

Bis seni historici sunt omnes , inspice,  
libri ,  
Hebraei ueteres quos sapienter habent.  
Prima patet Genesis, post Exodus ; hinc sacra  
Leui ,  
dein Numeri , Legesque sunt Mosis nouae :  
a Iosua , sunt Iudices , Ruthae et liber :  
res Regum gestae nonus decimusque libel-  
lus ,  
cum Paralipomenis : ultimus Esra duplex.

(f)

Sunt quinque metrici : prior Iobi liber ,  
Dauidis alter ; hinc Solomonius triplex ,  
Ecclesiastes , Canticum , Proverbia .  
Sunt quinque rursus spiritus propheticci :  
Volumen unum dixeris duodecim ,  
Hoseam , Amosum , et tertium Micham gra-  
uem ,

Ioelem ab hoc , Ionamque et Abdiam pium ,  
Nachumum , et Habbacuk , Chusique filium ,

(g)

Haggaeum , Sachariam , et uocatum ab Ange-  
lo. (h)

Μία μὲν οὖδε δευτέρα δ' Ἡσαΐας,  
 ἔπειτ ὁ κληθεὶς Ἱερεμίας ἐκ βρέφους,  
 εἰτ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιήλου χάρεις.  
 Ἀρχαῖας μὲν ἔθικα δύω καὶ εἴοσι βίβ-  
 λους,  
 τοῖς τῶν ἑβραιών γράμμασιν ἀντιθέ-  
 τους.

"Ηδη δ' αὐτοῖς καὶ νέοι μυζησίου  
 Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν ἑβραιοῖς θάυματα  
 χρισοῦ·

Μάριος δ' Ἰταλίᾳ· Λουκᾶς αὐτοῖς δί·  
 πᾶσι δ' Ἰωάννης, κίνησεν μέγας, οὐδανο-  
 φοίτης·

ἔπειτα πρεδίξεις τῶν σοφῶν αποδό-  
 λων.

δέκια δὲ παύλων τέσσαρες τὸ ἔπιπολαι·  
 ἔπτα δὲ καθολικαὶ· ὧν Ἰακώβῳ  
 μία,

δύω δὲ πέτραι, τρεῖς δὲ Ἰωάννης πάλιν  
 Ιούδα δὲ ἐξίν ἑβδόμη· πάσας  
 ἔχεις.

Ἐτι δὲ τάτους ἐκτὸς, ὃν ἐν γυν-  
 σίοις.

Volu-

Volumen id prius, sed est et alterum:  
 Amozides, (*i*) et iam puer probabilis, (*k*)  
 Ezechiel, plenusque Daniel DEO.

Bis senos posui ueteres ex ordine  
 libros:

Hebraeis totidem sunt elementa li-  
 bris. (*l*)

Iam Foederis cunctos dabo Noui libros:  
 Matthaeus CHRISTI miracula scripsit he-  
 braeis; (*m*)

Italiae Marcus, Lucius (*n*) Helladi adest;  
 Cunctis Ioannes, transcendens aethera praec-  
 co.

Sequuntur Actus iam DVODECIMVIRVM:  
 (*o*)

Apostolis (*p*) bis septem erunt Epistolae,  
 Septem datae omnibus: (*q*) Iacobi erit  
 prior,

Petri duas, sed tres Ioannicas puta,  
 Cum septima Iudee. Libros habes (*r*) fa-  
 cros.

Qui praeter hos (*s*) iactantur, haut credas  
 facros.

E 4

(*a*) GRE

(a) GREGORII NAZIANZENI, qui unus post IOANNEM apostolum τὸν θεολόγον mactari elogio meruit, uitam ipsem et carmine I uersibus senariis scite perscripsit, enarratamque nouimus a L. E. DV PIN, a C. E. VVEISSMANNO H. E. N. T. p. 261., a vv. CAVIO, a POPE ELOVNT, ab aliis. Varia olim et nunc experiri aliorum de se se iudicia debuit: V. GOTL. STOLLIVS ad D.C.A. HEV MANNI Conspectum reip. litt. p. 98.

(b) Carmen XXXIII.) Quod eo adscripsimus, ut cum AMPHILOCHIO comparari, et de BILLIANA crisi rectius existimari queat. Mirus erat pangendorum carminum artifex GREGORIVS noster: quorum sylloge tomum secundum operum constituit. Ceterum, ex constitutione pedum, carmen istud non est simplex, seu μονόκιωλον, uerum multiplex, siue πολύκιωλον. Fecit poeta nobilis heroiros, elegiacos, iambicos senarios, deditque permistos. Verbum uerbo, uersui

uersui uersum, respondere, ὡς ἐΦικτόν,  
studuimus.

(c) de genuinis) Lege apostolicum  
Canonem LXXXV una cum scholiis no-  
stris, ed. a. MDCCXXXIII. 8uo.

(d) Oraculis in sanctis) Eleganter  
Θεῖα τὰ λόγια Poeta dixit τὰ λόγια τῷ  
Θεῷ. Rom. III, 2. Nil curamus oracula  
gentium, de quibus praeter ceteros ANTO-  
NIUS DALENIVS. Lege ARISTOPHΑ-  
NEM in Pluto, ubi u. 8. 9. 10. Cario:

- - τῷ δὲ Λοξίᾳ,  
ὅς Θεσπιώδει ἐῑ Χρυσηλάτου,  
μέμψιν διαιῶν μέμφομαι.

h. e.

Sane, flexiloquo Apollini, qui ex aureo Tripode  
uaticinatur, iusta indignatione succenso.

(e) lingua ac mente) Psalm. I, 1. 2.  
Quamquam Θεολογία notat sermonem de  
DEO, connotat tamen ueram mentis col-

E 5 lustra-

lustrationem ac genuinam diuinarum rerum ideam.

(f) Esra duplex) Graeci, cum Hebrewis, Nehemiae librum appellant Esrae secundum.

(g) Chusi filium ) Sophoniam. צפניה

(h) uocatum ab Angelo ) Malachiam.

(i) Amozides ) Iesaias בֶן אַמֹּז  
Vide HIERONYMVM.

(k) Iam puer probabilis ) Ieremias, c. i: 5. Non ideo immunis a peccato connoto, quod Originale, post AVGVSTINI potissimum aetatem, dicimus. Praeclare Hipponensium praeful : *ne tibi subripiat esse credendum, ullam prorsus animam, nisi VNIVS MEDIATORIS, non ex Adam trahere originale peccatum, generatione deuinctum, regeneratione soluendum*; epistola ad OPTATVM MILEVITANVM, p. 15. edit. Vienensis. a. MDCCXXXII ubi mirabar notam GODEFRIDI Abbatis Gottvicensis istam : excipit haud dubie AVGVSTINVS animam

S. Vir-

S. Virginis MARIAE -- -- Neque enim  
AVGVSTINIANA haec est exceptio, ne-  
que Claraeuallensis Abbatis S. BERNHAR-  
DI calculo probata.

(l) Hebraeis totidem sunt elementa  
libris.) de modo numerandi libros V. T.  
xxii, iuxta numerum litterarum hebraicū  
Alphabethi, legatur SIXTVS Senensis, bi-  
blioth. sanctae libro I. p. 3.

(m) Scripsit hebraeis ) Videtur, ex  
ueteri traditione PAPIAE Hierapolitani,  
putasse, per MATTHAEVM ebraice euangeliū  
fuisse conscriptum; nec alienus  
fuisse, ab opinione admodum uana, lati-  
ne MARCVM scripsisse.

(n) Lucius ) Lucas, qui forte sic ap-  
pellatur Rom. I. 6. 21. iudice MATTHAEO  
HILLERO in Onomastico Sacro; dissen-  
tiente H. GROTIO aduersus ORIGENEM,  
prolegomenis in Lucam.

(o) xIIVIRVM ) Duodecimuiros,  
metri caussa, dico Apostolos. Sunt enim  
ei dōdēka. Matth. X. 2.

(p) Apo-

(p) Apostoli PAVLLI quatuordecim numerant epistolas, qui scriptam ad Hebraeos, iure quodam suo, ipsi vindicant.

(q) Datae omnibus ) *ναζιανίδι* Lege BROCHMANDI commentarium in epist. IACOBI, prolegomenor. Sect. 3. et 15. CASAVBONI notas in epistolam GREGORII NYSSENI ad Eustathiam et Ambrosiam et Basilissam, p. 47. ed. Hanou. MDCVII. 8vo.

(r) Libros habes ) Excepta IOANNIS Apocalypsi. Lege b. BAIERI Theolog. historic. p. 56. et LEONA. TVVELSIT vindicias apocalypf. p. 387. sqq. in Curis Philol. et Criticis b. I. C. VVOLFI.

(s) praeter hos iactantur.) Legendum D. I. A. FABRICII *τοῦ μαναγίτου*. Codex pseudepigraphus V. T. et Codex apocryphus N. T. et d. MICH. VVALTHER in Officina Biblica.

Ad



Ad GREGORII TOY ΘΕΟΛΟΓΟΥ  
Carmen, de legendis libris V.  
et N. T.

*Scholion THEODORI BALSAMONIS*  
(Exstat in vv. BEVEREGII Synodico,  
Tom. II. p. 179.)

Ινα δὲ μὴ ἀλλοτρίαις τὸν νῦν ἀπατᾶ ὁ  
Βίβλοις, πολλὰ γάρ εἰσι φευδῶς γεγρα-  
μένα, δέχεται τούτον ἐκτὸς τὸν δεδοκιμασμέ-  
νον, ὡς Φίλε, αἴσθιμόν. Ἰσογίας μὲν περίε-  
χοσαι βίβλοι δώδεκα εἰσι, τῆς παλαιᾶς  
διλονότι γραφῆς· καὶ αἱ βίβλοι τῶν βασι-  
λεῶν, εἰ τέσσαρες εἰσιν, ἀλλ' εἰς δύο πα-  
ραλαμβάνονται· καὶ αἴσθιμονται· καὶ αἱ  
δώδεκα βίβλοι τῶν ἀπιγειμένων προφη-  
τῶν, μία, Φησί, λογίζονται· τέσσαρες δὲ  
αἱ τῶν ἄλλων προφητῶν, ἑπάξι μία λογι-  
ζομένη· τῆς μέντοι αἴχαλας ἵτοι τῆς πα-  
λαιᾶς γραφῆς ἔγραψε βίβλος οὗτος, τοῖς τῶν  
εὐθείων

ἐβεδίων γράμμασιν ἀντιθέτας ἥγουν ισοθέ-  
τας καὶ ισαρθίμεχ. λαμβάνεται γὰρ ή  
ἀντὶ πρόθεσις καὶ ἐπὶ τῷ ισῷ. ὡσπερ λέγο-  
μεν ἀντίτεχνον τὸν ὁμότεχνον. οἰχεῖα δὲ  
παρὰ τοῖς ἐβεδίοις οὐβ' λέγονται εἶναι.  
Ἄπαριθμίσας μέντοι καὶ τὰ τῆς νέας γρα-  
Φῆς βιβλία ὁ ἄγιος, ἐπήνεγκεν, ὅτι ἔιτι  
τότων τῶν ἀπιηριθμημένων ἔξω ἔξιν,  
ἢ γυνήσιου λογίζεται, ἀλλὰ  
νόθον.



VER

VERSIO ex Codice Canonum  
Tiliano

GENTIANI HERVETI

(p. 1082. edit. Paris. MDCXX.)

**N**E autem alienis libris mentem seducas,  
(multi enim sunt falso inscripti) cape,  
o Amice, hunc numerum a me selectum,  
sive probatum et confirmatum. Sunt duo-  
decim quidem libri, qui historias continent,  
antiquae scilicet Scripturae; et libri Re-  
gum, etiam si sint quatuor, in duos tamen  
conferuntur et enumerantur; et XII libri  
prophetarum qui enumerantur, unus, inquit,  
reputantur; quatuor autem libri aliorum  
prophetarum, unusquisque unus reputatur.  
Porro Veteris Testamenti scripsit duos et ui-  
ginti libros, qui litteris hebraeorum respon-  
dent. Est autem graece ἀντίστοιχος, i. e. ex  
aduerso positos et aequivalentes et numero  
aequales. Accipitur enim Praepositio ἀντί<sup>i</sup>  
etiam pro aequale: quem ad modum dici-  
mus ἀντίτεκχον i. e. ὁμότεκχον, h. e. eum  
qui

qui est eiusdem artis. Elementa autem apud hebraeos esse dicuntur uiginti duo. Quum autem Noui quoque Testamenti libros enumerasset Sanctus, subiunxit : quod si quid est praeter eos , qui sunt enumerati , non existimetur germanum , sed adulterinum.

K. T. Θ. A

## EMENDANDA

- p. 2. u. I. καλεύ leg. καλόν.

p. 2. u. 3. σῷβιώ leg. σῷ βίω.

p. 6. u. 33. τᾶς τον leg. τάτου.

p. 12. u. 87. αἰσχότητος leg. αἰσχροτητος.

p. 14. u. 98. καθῶν leg. καθῶν.

p. 18. u. 137. Χ leg. Χ'

p. 20. u. 146. σον leg. σὸν.

p. 20. u. 150. πολλοῖς adde μαλλού.

p. 26. u. 185. θεοπνέυσας leg. θεοπνεύσοις.

p. 26. u. 189. μηκέ<sup>δ</sup> leg. μηκέ<sup>δ</sup>.

p. 30. u. 220. βίς leg. βίς.

p. 30. u. 230. τότε, del.,

## *ALTOPHII*

IMPRIMEBAT

IOANNES GEORGIVS MEYERVS


VNIVERSITATIS TYPOGR


CCCCCCCC

36 125

X9358845

Deg





B.I.G.  
S. AMPHILOCHII  
EPISCOPI ICONIENSIVM CAPPADOCIAE  
MORTVI A. CCCLXXXV  
EPISTOLA AD SELEVCM  
DE  
RECTA STVDIORVM AC VITAE  
RATIONE  
VERSIBVS IAMBICIS SCRIPTA GRAECOLATINA

INTERPRETE ET EDITORE  
A. CICI CLXXXV  
ANTONIO VVERNERO CVNONE  
POLYHISTORE OLIM ET RECTORE MAGDEBURGICO  
CVM NOTATIONIBVS  
IAC. BILLII ET FRANC. COMBEFISII

ADDITO  
GREGORII NAZIANZENI  
CARMINE XXXIII  
DE LIBRIS BIBLICIS  
RECSA PRO RECITATIONIBVS PVBLICIS  
D. IO. BALT. BERNHOLDI P. P.

ALTOPHII  
IN SCHVPFELIANA OFFICINA  
A. S. R. CICI CCXXXX